



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCII.

Parisiis, 1644

Concilivm Vasense Svb Ivlio I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

priores illum complexi sumus, & communionem cum eo inita, has salutationes vobis mittimus, & hæc nostra gratulantia vota; ut cognoscatis, nos copula communionis illi coniunctos esse. Vestrum autem est pro pietate religiosissimorum imperatorum orare: qui & ipsi in gratiam vestri desiderii, illiusque innocentiae, quam iam cognitam habent, eum cum omni honore restituere voluerunt. Pronis igitur manibus eum excipientes, gratulatorias preces (ut par est) Deo qui hæc tribuit, offerre studeat, ut semper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Iesu Christo Domino nostro, per quem patri suo gloria in sæcula sæculorum.



I. Simon-
 dus primus
 hoc Vafense
 Concilium
 non agno-
 scit. Vide
 infra eius
 notas ad
 Conc. Va-
 fense II. sub
 Leone I.
 anno 442.

CONCILIVM VASENSE

SVB IVLIO I.

CAP. I.

*Vt qui oblationes defunctorum retinent,
 excommunicentur.*

15. q. 2. qui
 obligatio-
 nes.

QVI oblationes defunctorum retinent, & ecclesiam tradere demorantur, ut infideles, sunt ab ecclesia reiiciendi: quia usque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniam & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis in seuit, congruente sententia, qua ait: amico quippiam rapere furtum est; ecclesiam fraudare, sacrilegium.

ANNO
 CHRISTI
 ...

Piis legatis
 non satisfacientes ex-
 communicandi.

CAP. II.

ANNO
CHRISTE
...

Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus dicatur: & ut nomen papæ urbis Romæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

ET in omnibus Missis siue matutinis siue quadragesimalibus, siue in illis quæ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus eo ordine, quo ad Missas publicas dici debeat: quia tam dulcis & desiderabilis vox, etiam si die noctuque posset dici, fastidium non potest generare. Et hoc nobis iustum visum est, ut nomen domini papæ, quicumque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Nomen papæ recitandum in ecclesia.

CAP. III.

Vt propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria Patri, etiam Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.

ET quia non solum in sede apostolica, sed etiam per totum orientem & totam Africam vel Italiam, propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicitur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

NOTE.

* *Concilium Vasense.*] Tria Vasione siue Vasatis in Gallia Narbonensi habita fuerunt Concilia. Primum sub Constantio imperatore & Nechtario Viennensi, ut testatur Ado Viennensis in chronico his verbis: *Florebat, inquit, & tunc temporis* (nimirum quo Maxim-

Tria Vasensia Concilia. Primum quando habitum fuerit.

nus episcopus Treuirensis, cuius immediate præcedentibus verbis mentionem fecerat) *Nectarius Viennensis episcopus in doctrina fidei excimius, qui in Vafensi illa Synodo venerabili primus interfuit, & Patris & Filii & Spiritus sancti unam esse naturam & potestatem & deitatem & virtutem in ecclesia publice prædicauit & docuit.* Secundum, sub consularu Dioscori anno Dom. 442. qui est Leonis 3. & Theodosii 35. Tertium, sub consularu Decii iunioris, anno nimirum Christi 463. vel quod ex subscriptione Cæsarii episcopi verius puto, circa annum Domini 524. nam ante hæc tempora, Cæsarius abbas dumtaxat non episcopus fuerat. Horum Conciliorum Canones ita confusi existunt, vt qui quotve singulorum sint, certo cognosci nequeat. Ego vero cur tres supra positos inde huc transtulerim, dicam infra in notis eorundem Canonum.

Canones
Vafensium
Concilio-
rum con-
fusi.
Vasio vrbs
quæ & qua-
lis.

Hoc cum reliquis duobus appellatur Vafense aut Vafionense, a Vafione, quæ est oppidum Vocontiorum in Gallia Narbonensi; cuius meminit Ptolemæus lib. 2. cap. 10. Plinius libro tertio, capite quarto; Pomponius Mela libro 2. cap. 5. Sed cur non potius pro Vafensi, Vafatense nominauerimus, a Vafatis ciuitate in Gallia Narbonensi? de qua Paulinus ad Ausonium:

*Quique superba tua contemnis mœnia Roma
Consul, arenosas non dedignare Vafatas.*

Et Paulinus iunior in carmine eucharistico:

*Exactis laribus patriis, tectisque crematis,
Obsidio hostilis vicina exceptis in vrbe,
Vafatis patria maiorum ipsameorum, &c.*

Porro creditur hæc illa esse ciuitas, quæ modo vulgo dicitur *Bafas*: fuisse quidem illam sedem episcopalem, Sidonius in epist. ad Basil. his verbis declarat, dum illius prouinciæ deplorat calamitatem: *Burdegala, Petrogorii, Ruteni, Lemouices, Gabalitani, Helufani, Vafates, Conuena, Auscenses, multoque maior numerus ciuitatum, summis sacerdotibus ipsarum morte truncatis, nec deinceps ullis episcopis in defunctorum officio suspectis.* Nos cum Baronio anno Christi 442. num. 3. hanc Synodum Vafatis celebratam esse, libentius dixerimus.

Vafense
primum
sub Iulio
pontifice
celebratū.

^b *Sub Iulio.*] Si quod asserit Ado Viennensis in chron. hæc Synodus celebrata est tempore Maximini Treuirensis episcopi adhuc superstitis, sub Iulio eam celebratam fuisse oportet. Paulinus enim eiusdem sedis episcopus initio pontificatus Liberii Maximino successit, ac paulo post ab Arianiis relegatus, in exilio martyrio occubuit, vt infra patebit.

Cap. I.
Sine hic
Canon pri-
mi an feci-
di Vafensis
Concilii.

^c *Qui oblationes defunctorum.*] Hic Canon est quartus Concilii Vafensis secundi: quia vero trium Conciliorum Vafensium diuersis temporibus celebratorum Canones confusi existunt, hunc primo Concilio restituimus, ideo quod is Concil. Arelat. secundo nominatim citetur Can. 28. his verbis: *Secundum constitutionem Synodi Vafensis, qui oblationem fidelium suppresserit aut negauerit, ab ecclesia cui fraudem fecit, excludatur.* Baron. anno 314. num. 50. & 325. num. 17.

^d *Et in*

ANNO
CHRISTI
350.

^d *Et in omnibus Misis.*] Hunc Canonem de canendo trisagio in primo Vasensi Concilio contra doctrinam Arii statutum fuisse, affirmat Baron. anno 442. in fine, ideo scilicet, ut in omnibus diuinis mysteriis laudes sanctissimæ Trinitatis occinerentur.

Cap. II.
Causa huius Canonis sancti qua.

^e *Et quia non solum in sede apostolica.*] Cum Ariani blasphemantes dicerent, Filium a Patre in tempore factum, & fuisse tempus quando non erat: Placuit Nicæni Concilii patribus, quod etiam supra in notis eiusdem Concilii diximus, ad antiquum glorificationis hymnum hunc, *Gloria Patri & Filio*, illam appendicem adiciere, qua dicitur: *Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.* Quæ appendix cum ab hoc Vasensis Concilii Canone recepta fuerit, concedi debet, eundem esse illius Vasensis Synodi, quæ temporibus Iulii pontificis & Constantii imperatoris celebrata fuit paulo post Concilium Nicænum. Vide Baron. anno Christi 325. num. 176. & 177. item anno 442. in fine. & anno 463. num. 14.

Cap. III.
Occasio constitutionis quæ fuerit.

Hymnus glorificationis quando institutus.

V I T A,
EPISTOLÆ ET DECRETA
LIBERII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

ANNO
CHRISTI
352.

LIBERIVS natione Romanus, ex patre Augusto, ^b fedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. ^c Fuit autem temporibus Constantii filii Constantini vsque ad Constantium Augustum ^{*} octauum. ^d Hic a Constantio deportatur in exilium, eo quod nolisset hæresi Arianae consentire: & ^e fuit in exilio annos tres. Et ^f congregantes sacerdotes Concilium, ordinauerunt in locum eius episcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit Concilium Felix, & inuenit duos ^{*} episcopos consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine ^g Vrsacium & Valentem, & damnauit eos in Concilio quadraginta octo episcoporum. ^h Post paucos autem dies, zelo ducti Vrsacius & Valens rogauerunt Constantium Augustum, ut reuocaret Liberium de exilio, ut ⁱ vna tantum communionem participaret, extra secundum baptismum. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus, simul & Vrsacius & Valens venerunt ad Liberium. Qui ^k Liberius consensit præceptis Augusti. Tunc

* congregans sacerdotes cum Concilio suo Liberius.
* presbyteros.

* vna tantum communionem.

Concil. Tom. 3.

Q